tacet. iſtius aūt nomē hic exprimit. ⁊ tūc dicunt iſti ꝙ ambe mulieres fecerūt ſilr. ſ; illa fecit hoc ex peccatoꝝ ſuorū cōpunctiōe. iſta aūt ex xpi deuotione. Greg. et Aug. de cōſenſu euāgeliſtaꝝ dicūt cōtrariū. Dicit tñ Aug⁹. ꝙ iſta Maria bis vnxit xpm dñm. ex hoc loco ſumēs argumentū: q₂ hic dicit: q₂ vnxit loquēdo de pterito: ⁊ ſequēti. c. ſilr dixit: ꝙ vnxit caput dñi. dicit igit ꝙ pma vnctio fuit ex ptritiōe: quā Lucas narrat diffuſe: ⁊ hic breuit repetit. ſcda aūt fuit ex deuotiōe q ſeqnti. c. deſcribit. Cōſuetudo etiā eccleſie tenet ꝙ eadez mulier fuit de q narrat Lucas tacito ei⁹ noie. ⁊ q hic dr ſoror Lazari. nec mirū. q₂ officiū eccliaſticū a ſancto Grego. ordinatū eſt q fuit hui⁹ opiniōis. f Miſerūt. Hic pñr infirmitas lazari xpo nūciat p internūciū. et hoc eſt qd dr: Miſerūt ḡ ſorores. curati onē fratris deſiderātes. g Ad eū dicētes: dñe ecce quez amas infir. Nō dicūt veni: q₂ amanti ſufficit neceſſitatē nūciare amici. h Audiēs aūt ieſus dixit ei. ſ. rñdendo p nūciū. i Infirmitas h non eſt ad mortē. nō eſt p hoc intelligendū ꝙ lazar⁹ nō fuit mortu⁹ vt dixerūt aliq: q₂ h eſſet deſtruere veritatē euāgelij: cum infra codē ca. dicat ſaluator. Lazarus mortu⁹ ē. ſ; p tāto dicit h infirmitas nō eſt ad mortē: q₂ nō tēdebat ad mortē ibi ſiſtēdo: ſ; pp̄ter reſurrectionē ſequētē: vt inde glorificaret deus p oñſionē ſue vtutis: ⁊ in xpo declaret virt⁹ deitatis: iō ſequit. Sz p gloriā dei vt glificet fili⁹ dei p eā. k Diligebat aūt ihs marthā ⁊c. hoc addit ad oñdendū q̄re nō oportuit ꝙ martha ⁊ maria irēt ad xpm pſonalit ſicut fecit regul⁹ de quo. ſ. dictū eſt. iiij. ca. q₂ xps erat familiaris Lazaro ⁊ eius ſororib⁹: ⁊ ibi frequēter hoſpitabat. l Vt ḡ audiuit. Hic pñr deſcribit mors Lazari. ⁊ diuidit in duas: p₂ pmo deſcribit hui⁹ mortis expectatio. ſecūdo expectate denūciatio: ibi. Deinde poſt h. Circa pmū ſciēdū ꝙ xps audita infirmitate lazari nō ſtatim iuit ad eū: ne a iudeis eius miracula impugnātib⁹ ⁊ virtuti demonū ea imponētib⁹ poſſet dici: ꝙ illa infirmitas ⁊ mors ſequēs fuiſſet tm̄ ſm apparētiā ⁊ illuſionē factaz a xpo p artē magicā. ⁊ h eſt qd dr. l Vt ergo audi. qa infir. tūc qdē māſit i codē loco trās iordanē. m Duobus dieb⁹. expectādo mortē lazari: ſic ꝙ eēt qdriduanus anteq̄ illuc veniret ad maiorē miraculi certitudinem. n Deinde poſt hec. Hic pñr ponit mortis lazari denūciatio: in q denūciatiōe ſaluator ſic pcedit: q₂ pmo ppoſitū eūdi in iudeā pdicit. ſcdo cām ſubiūgit: ibi. Hec ait. tercio ad locū pdictū puenit: ibi. Venit itaq; ihs. In prima ḡ pte dr ſic. n Deinde poſt h. ſ. expectatōez mort Lazari pdictā. o Dicit diſci. ſu. ea. in iudeā itez. Hoc aūt pdixit eis pter ꝯſuetudinē. q₂ ſciebat eos inde terreri vt min⁹ iacula ferirēt q puiderent. p Dicūt ei diſcipuli. timētes in iudeā reuerti. q Rabbi nūc que. te iudei lapi. hoc habitū eſt ca. pcedēti: ⁊ tu iterū vadis illuc. q. d. nō eſt tibi nec nobis ſecurū. r Rñdit ihs. eos aſſecurādo. s Nōne. xij. hore diei ſt. q. d. ſi volūtatē tūc habebāt me lapidādi. mō tñ nō faciēt: q₂ mutato tpe poteſt volūtas mutari. Erat. n. puerbiū apud iudeos: et adhuc eſt apud nos ꝙ loqndo de mutatiōe ppoſiti: dr. xij. hore ſūt diei: ⁊ iō ſaluator vſus ē tali mō loqndi. Et oñdit vlteri⁹ ꝙ deberēt eē ſecuri dicēs: t Si qs ambu. i die. i. ſancte ⁊ iuſte. vl aliter. In die. i. mecū q ſū lux mūdi faciēs diē diuine grē. v Non offendit. i. ſecur⁹ dz eſſe. x Quia lucē hui⁹ mū. videt. i. me ipm q poſſuz eū ſaluare. vl alit: Lucē. i. iuſticiā ad quā attēdit. y Si aūt ambula. in nocte. i. ſine pñtia mea: vel ſine iuſticia. z Offendit. i. dz ſuſtinere penā offenſe debitam. a Quia lux nō eſt in eo. i. iuſticia. vel ego q ſum lux. q. d. xps: q̄diu vobiſcuz ſū pñtialit nō debetis timere iudeos: q₂ etiā i captōne ſua ſuos diſcipulos ſaluauit dicēs: Sinite hos abire: vt hr. j. xviij. ſ; poſt mortez meā piculū erit vobis int iudeos ambulare. b Hec ait. Hic pñr exprimit cām q̄re volebat ire in iudeā. ſ. pp̄ter Lazari ſuſcitationē. Et diuidit in duas: q₂ pmo denūciat mortē lazari. tñ occulte. ſecūdo exprimit eā manifeſte: ibi. Tūc ergo ait: Circa pmū dr ſic. b Hec. q imediate pdicta ſunt. c Et poſt h illis dixit. laza. ami. no. dor. mortē eius vocat dormitionē: q₂ cito erat reſurrectur⁹. d Sed va. vt a ſomno exci. eū. q₂ tā facile imo facili⁹ ē xpo ſuſcitare mortuū q̄ alteri dormientē. hāc cām ſui itineris dixit ad aſſecurādū diſcipulos. q. d. nō debetis timere: q₂ nō vado ad diſputandū cū iudeis ſicut añ: ſed ad Lazarū ſuſcitandū. e Dixerūt ergo diſci. ei⁹: do. ſi dor. ſal. erit. q. d. ex q dormit ſignū eſt ſue curatiōis. non eſt neceſſe ꝙ vadas illuc. Nōdū em̄ erāt ad plenū aſſecurati p vba xpi. nec mirū: q₂ adhuc erāt infirmi ⁊ impfecti. f Dixerat aūt ihs de morte ei⁹. eā exprimēs p dormitōez rone pdicta. g Illi aūt puta. ꝙ de dor. ſom. diceret. Sed videt mirabile ꝙ intellexiſſent xpm velle ire tā longā viā ad excitandū hoiez de ſomno. Dicendū: q₂ adhuc erāt rudes ⁊ i timore poſiti. vt pz ex pdictis. ⁊ iō male capiebāt vba xpi. vel dicēdū ꝙ xps ꝯſueuerat eis pabolice loq. ⁊ iō neſciebāt qd p excitationē a ſomno intelligerēt ſuſpicātes ne forte pabolice loqret. h Tūc ergo. Hic pñr exprimit mortē Lazari manifeſte dicēs: i Lazar⁹ mortu⁹ ē ⁊ gaudeo. non de morte ei⁹ abſolute: ſed k Propt vos. vt videtes eius reſuſcitatōez i fide ꝯfirmemi. vel ſic. Et gaudeo. ſ. q₂ non erā ibi. non ppt me ſ; ppt vos: q₂ ex pñtia mea mors eius fuiſſet ipedita: cū mors hre locū nō debeat vbi ē vita: ⁊ p ꝯñs ei⁹ reſuſcitatio nō eēt. q tñ ē vtilis vobis. l Dixit ḡ thomas q dr didym⁹. i. dubi⁹. m Ad cōdiſci. ſu. ea. ⁊ nos mori. cū eo. Iſte erat magl timid⁹ q̄ alij. q. d. expo nam⁹ nos piculo. vel ſm alios dicebat h ex magna dilectiōe. q. d. melius ē nobis cū illo mori q̄ ſine illo viuere. n Venit itaq; ihs. Hic pñr agit de aduētu xpi ad lazarū. Et diuidit i duas: q₂ pmo agit de ei⁹ pueñtōe. ſcdo de

erat q vnxit dñm vnguēto
⁊ exterſit pedes ei⁹ capilliſ
ſuis: cui⁹ frat lazarus infir
f mabat. Miſerūt ḡ ſorores
g ei⁹ ad eū dicētes. Dñe ec
h ce quē amas infirmat. Au
i diēs aūt ihs: dixit eis. In
firmitas hec nō eſt ad mor
tem: ſ; p gloria dei: vt glo
rificet filius dei per eam.
k Diligebat aūt ihs marthā
⁊ ſororē eius mariā ⁊ laza
l rū. Vt ergo audiuit q₂ in
firmabat: tūc quidē māſit i
m eodez loco duob⁹ diebus
n o Deinde poſt hec dic diſci
pulis ſuis. Eam⁹ in iudeā
p iterū. Dicunt ei diſcipuli.
q Rabbi nunc querebant te
iudei lapidare: ⁊ iterū va
r s dis illuc. Rñdit ihs. Nō
ne duodecim ſūt hore diei
t Si qs ambulauerit in die
v x non offendit: quia lucē hu
y ius mūdi videt. Si autem
z ambulauerit i nocte offen
a dit: quia lux non eſt in eo:
b c hec ait: ⁊ poſt hec dicit eis
Lazarus amic⁹ nr̄ dormit
d ſed vado vt a ſomno excitē
e eū. Dixerūt ergo diſcipuli
eiuſ. Dñe ſi dormit ſaluus
f erit. Dixerat autē ieſus de
g morte eius illi aūt putaue
rūt: q₂ de dormitiōe ſomni
h diceret. Tūc ergo ieſus di
i xit eis manifeſte. Lazarus
k mortuus eſt: ⁊ gaudeo pro
pter vos vt credatis: quo
niā nō erā ibi: ſed eam⁹ ad
l eum. Dixit ḡ thomas q di
m cit didym⁹ ad condiſcipu
los. Eam⁹ ⁊ nos: ⁊ moria
n mur cū eo. Venit itaq; ihs

ſ

τ inuenit eū q̄ttuoꝛ dies iā
o in monumēto hn̄tē. Erat
autē bethania iuxta hiero-
ſolymā quaſi ſtadijs q̄nde
p cim. Multi autē ex iudeis
venerant ad marthā τ ma-
riā vt ꝯſolarent̄ eas de fra
q tre ſuo. Martha ğ vt audi
r uit: q2 ieſus venit: occurrit
s illi: maria autē domi ſede-
t bat. Dixit ergo mrrtha ad
ieſum. Dn̄e ſi fuiſſes hic:
frater meus nō fuiſſet moꝛ
v tuus. Sed τ nūc ſcio: quia
quecūq̄ popoſceris a deo
x dabit tibi deus. Dixit illi
y ih̄s. Reſurget frater tuus
z Dicit ei martha. Scio: q̄a
reſurget in reſurrectōne in
a nouiſſimo die Dicit ei ih̄s
b c Ego ſuz reſurrectio τ vita.
d e Qui credit i me: etiā ſi moꝛ
f g tuus fuerit viuet: τ oīs qui
h viuit τ credit in me nō mo
i riet̄ ineternū. Credis hoc.
k l Ait illi. Vtiq̄ dn̄e. Ego
m credidi: q2 tu es xp̄s filius
n dei qui in hūc mūdū veni-
o p ſti. Et cū hec dixiſſet: abijt
τ vocauit mariā ſoroꝛē ſuā
q r ſilentio dicens: Magiſter
s adeſt τ vocat te. Illa vt au
diuit ſurrexit cito et venit
t ad eum. Nōdū .n. venerat
ih̄s in caſtellū: ſed erat ad-
huc i loco vbi occurrerat ei
v martha. Judei ğ q̄ erāt cū
ea i domo τ ꝯſolabant̄ eā:
cū vidiſſēt mariā q2 cito ſur
rexit τ exijt: ſecuti ſt̄ eā dicē
x tes. Quia vadit ad monu-
y mentū: vt ploꝛet ibi. Ma-
ria ğ cū veniſſz vbi erat ih̄s
vidēs eū cecidit ad pedes
z ei⁹ τ dixit ei. Dn̄e ſi fuiſſes
h̄: nō eēt moꝛtu⁹ frat̄ meus
a Jh̄s ğ vt vidit eā ploꝛantē
τ iudeos q̄ venerāt cum ea
b ploꝛātes infremuit ſpū: et
turbauit ſeip̄m τ dixit: vbi
poſuiſt̄ eū. Dicūt ei. Dn̄e
c veni τ vide. Et lachꝛyma-

eius ſuſceptiōe: ibi. Martha er. In p̄ma ergo p̄te dr̄ ſic.
n Venit ih̄s τ inuenit eū q̄. di. iā in mo. habentē. q̄ttuoꝛ
dicit ad certitudinē moꝛtis: q2 licz ſint aliq̄ infirmitates la
tentes q̄bus videt̄ aliq̄s moꝛtu⁹ ad tp̄us. h̄ tn̄ nō durat p̄
q̄ttuoꝛ dies. dicit etiā i monumēto. ſ. in t̄ra recluſus: q2 da
to q̄ fuiſſet ibi poſi-
tus viuus. nihilomi
nus in tāto tp̄e fuiſ-
ſet ibi moꝛtuus.
o Erat τc̄. q̄ſi ſta-
dijs q̄ndeci. q̄ valēt
leucaz excepto vno
ſtadio. p Multi
aūt ex iudeis vene.
τc̄. vt cōſol. eas d̄ fra
tre ſuo. tū q2 erāt no
biles dn̄e. tū q2 loc⁹
erat ſatis ꝓpe: vt pz
ex dict̄. q Mar
tha ğ. Hic agit̄ de
xp̄i ſuſceptiōe: τ p̄ q̄
ad marthā. ſecūdo q̄
ad mariā. ibi. Et cuz
hec dixiſſet. Pria in
duas: q2 p̄mo xp̄s a
martha deuote ſuſci
pit̄. ſcd̄o fr̄is ſuſcita-
tio ei ꝓmittitur: ibi.
Dixit illi ih̄s. In p̄-
ma p̄te dr̄ ſic. Mar-
tha ğ vt audiuit: q̄a
venit ieſus. Ipa em̄
hēbat curā dom⁹. et
iō p̄mo nūciat⁹ ē ei
aduēt⁹ xp̄i p̄ aliquē
q̄ aduētu xp̄i p̄uene
rat. r Occurrit il
li. reuerēter τ deuo-
te. s Maria aūt
do. ſe. cū iudeis qui
venerant ad eas.
t Dixit ğ martha ad ih̄m. do. ſi fu. h̄ frat̄ me. nō fu. moꝛ.
Ex q̄ apparet q̄ credebat ip̄m poſſe p̄ſeruare fratrē ſuū a
moꝛte: tn̄ impfecte credebat: q2 videt̄ inuere q̄ nō pōt xp̄c
tantū abſens quātū p̄ns. v Sz τ nūc ſcio. q2 q̄cūq̄ po.
a deo da. ti. de⁹. videt̄ p̄ h̄ q̄ nō fuiſſet edocta plene de ei⁹
deitate: q2 nō dixiſſet: q̄cūq̄ popoſceris. ſz dixiſſet q̄cunq̄
iuſſeris fiēt. x Dixit illi ih̄s. Hic ſuſcitatio fratris ſui
ei ꝓmittit̄ cū dr̄. y Reſur. frat̄ tu⁹. ſz illa intellexit h̄ de
reſurrectiōe futura: ideo ſubdit̄. z Dicit ei mar. ſcio: q2
reſur. in reſur. τc̄. Ex q̄ pz q̄ erat de ſecta phariſeoꝝ q̄tuz
ad h̄ q̄ ꝯfitent̄ reſurrectōez futurā: nō de ſecta ſaduceoꝝ
q̄ hoc negāt. a Dixit ei ih̄s. explicās intētionē ſuaz de
reſurrectiōe fratris ſui ꝓpinqua. b Ego ſū reſurrectio
ſcz cauſalit̄. tū q2 reſurrectio xp̄i eſt cā nr̄e reſurrectionis.
tū q2 reſurrectio generalis futurā fiet virtute xp̄i vocātis
moꝛtuos ad iudiciū. c Et vita. p̄ eſſentiā. ꝓpter q̄d ſuz
cā vite oīb⁹ viuētib⁹: τ poſſum dare vitā moꝛtuis: q2 q̄d ē
tale p̄ eſſentia: eſt cā oīm alioꝝ q̄ ſunt p̄ p̄ticipatiōez: vt hr̄
ij. metaph. d Qui credit i me. ſic̄ p̄deſtinat⁹. e Etiā
ſi moꝛtu⁹ fuerit. p̄ lapſū in pctm̄ moꝛtale. f Viuet. fi-
naliter vita gr̄e. g Et oīs q̄ vi. τ cre. in me. fide foꝛma-
ta. h Nō moꝛiet̄ ineternū. i. moꝛte eterna. licz moꝛiat̄
moꝛte tp̄ali ad ſoluēdū debitū nature. i Credis h̄. non
petit h̄ q̄ſi ignoꝛās: ſz querēs eius ꝯfeſſionē ad meritū: q2
oꝛe fit ꝯfeſſio ad ſalutē: vt hr̄ Roma. x. k Ait illi: vtiq̄
dn̄e. q2 p̄ xp̄i verba erat inſtructa i fide plen⁹ q̄ an̄: q̄d pz
ex ei⁹ ſequēti ꝯfeſſiōe in q̄ p̄mo exp̄mit̄ ip̄i⁹ xp̄i dignitas
ſacerdotalis τ regia cū dr̄. l Ego cre. q2 tu es xp̄s. i. vn
ctus. vnctio aūt debebat̄ regib⁹ τ ſacerdotib⁹. ſecūdo xp̄i
diuinitas: cū dr̄. m Fili⁹ dei. ſ. nālis. tercio incarnatio
nis veritas: cū ſubdit̄. n Qui in hūc mū. ve. nō p̄ loci
mutationē ſz p̄ carnis aſſumptōez. o Et cū hec d. Hic
agit̄ de ſuſceptōe xp̄i q̄ ad mariā: q2 martha a xp̄o edocta
ſtatim. p Abijt τ vo. ma. ſo. ſuā. vt audiret bonos ru-
moꝛes q̄s a xp̄o audierat. q Silētio. ꝓpter iudeos p̄-
ſentes quoꝝ aliq̄ ꝫ
xp̄m machinabant̄.
di. r Mgr̄ adeſt
τ vocat te. licz nō ſit
s̄. exp̄ſſuz q̄ xp̄s vo
caret mariā: tn̄ h̄ eſt
credendū: q2 nō eſt
ꝓbabile q̄ martha i
h̄ mētiret̄. ſz ꝓpt̄ bꝛe
uitatē euāgeliſta il-
lud omiſit: q2 ſuffi-
cit ex verbo marthe
exp̄mere. s Illa
vt audi. ſur. ci. τ ve.
ad eū. ex magna de-
uotōne. t Nōdū
ei ve. ie. in ca. τc̄. oſtē
dēs q̄ ad miracula
faciēda nō ſe ingere
bat τ vt ex aduentu
iudeoꝝ cū maria ad
ip̄m magis celebꝛe
et notoꝛiū eēt mira-
culum. v Judei
igit̄ τc̄. et pz l̄ra vſq̄
ibi. d. x Quia va
dit ad mo. vt ploꝛet
ibi. Credebāt em̄ eā
eſſe ſubito motā ex
cōpaſſiōe fratris ſui
q2 nō audierāt v̄bū
marthe: vt dictū eſt.
y Maria τc̄. ceci-
dit ad pedes ei⁹. q̄d
non fecerat martha.
ex q̄ pz q̄ maria ma
gis amabat ih̄m τ reuerebat̄. z Et dixit ei: dn̄e ſi fu. hic
τc̄. exponit̄ ſicut. s̄. a Jh̄s ğ. Hic ꝯn̄r agit̄ de Lazari
ſuſcitatiōe. Et diuidit̄ in duas: q2 p̄mo ponit̄ ſuſcitatiōis
actus. ſecūdo ſequēs effectus: ibi. Multi ergo ex iudeis.
Prima in tres: q2 p̄mo deſcribit̄ affectio xp̄i ad Lazarū.
ſecūdo ſequēs inde murmuratio iudeoꝝ: ibi. Dixerūt ğ.
tercio xp̄s ſuſcitat moꝛtuū. ibi. Jh̄s ğ rurſum τc̄. affectio
xp̄i ad lazarū oñdit̄ p̄mo ex ſigno: cū dr̄. a Jh̄s ğ vt vi
dit eā plo. τ iu. q̄ ve. cū ea plo. ex moꝛte amici. b Infre
muit ſpi. τ tur. ſeip̄m. Fremit⁹ ꝯſurgit ex indignatiōe.
iſte. n. fremit⁹ xp̄i ꝓcedebat ex indignatiōe ei⁹ ꝫ dyabolū
p̄ cui⁹ ſuggeſtionē moꝛs intrauit i mūdū quē erat cito de
bellatur⁹. turbatio aūt illa ꝓcedebat ex cōpaſſiōe lazari
τ ſoꝛoꝝ eius. Sciēdū tn̄ q̄ iſte paſſiōes τ cōſil̄es nō erāt i
xp̄o vicioſe: ſz magis v̄tuoſe. q2 nō erāt p̄ueniētes iudiciū
rōnis. ſz magis ſequētes τ p̄ ip̄m excitate: ſicut dic̄ ph̄us
iiij. Eth. q̄ paſſio ire excitata p̄ virtutē foꝛtitudinis adiu-
uat ad actū ei⁹ foꝛti⁹ exequēdū. ſecūdo oñdit̄ affectio xp̄i
ex verbo cū dicit. Vbi poſu. eum τc̄. tercio ex facto: cum
ſubdit̄. c Et lachꝛymatus eſt ieſus. ex pietate vidēs lo
cum ſepulture. per hoc etiam oſtēdit veritatem humane
nature. paris enim p̄iculi eſt diſcredere veram humanita
tem in chꝛiſto ſicut τ deitatē. τ ideo vbi xp̄s oſtendit ſuaz
deitatem adiungebat aliqua ad declarandū ſuam huma
nitatem: τ ecōuerſo. τ hoc patet in eius natiuitate: qn̄ ia-
cens in p̄ſepio vt hō infirmus: ſtellā fecit radiare in celo
vt deus. Sil̄r in paſſiōe qn̄ ip̄o moꝛiente ex natura paſſi-
bili ſol obſcurat⁹ ē inuiſibili virtute dei: τ hic ſil̄r in ſuſci
tatiōe lazari quadriduani: q̄d erat maxime virtutis. tur-
batus eſt τ fleuit ad declarandū veritatē humanitatis.

d Dixerūt. Hic ex effectu xp̄i oñdit ſeq̄ns murmuratō Judei.n. viderūt xp̄m triſtari: τ ꝑ ɔñs arguebāt ꝙ mors illa ꝯ volūtatē xp̄i ſimplr̄ accidiſſet: q꞉ triſticia ē de his q̄ nobis nolētib⁹ acciderūt, vt dicit Aug. xiiij. de ciui. dei. τ ꝑ ɔñs cōcludebāt ꝙ nō potuiſſet lazarū ꝑſeruaſſe a morte. τ hoc eſt qd̄ dicit.

d Dixerūt g̊ iudei ecce quō amabat eū q꞉ videbāt euidēs ſignū: innuētes ꝑ h̄ ꝙ libēter ſi poſſet ꝑſeruaſſet a morte. et ex h̄ vlteri⁹ miraculū d̄ ceco nato illumiato volebāt annihilare: τ i aliū retorq̄re dicētes. e Nō po. hic q̄ ape. ocu. ce. na. fa. vt h̄ nō moreret. q̄ſi di. ex quo non pōt h̄ nec illud potuit nec fecit. Iſti nō expectabāt ſufficiēter ꝫ iudicabāt añ tp̄us: quia xp̄s plus fecit. plus eñ eſt mortuū ſuſcitare q̄ꝫ mortem infirmantis impedire. f Ih̄s g̊. Hic ɔñr ponit Lazari ſuſcitatio. et ponunt hic q̄nq̄ꝫ ꝑ ordinē faciētia ad miraculi certitudinē τ magnificentiā: ꝑtes patebūt ꝓſequēdo. Primū eſt deſcriptio ſepulcri: qd̄ erat ſpelūca cauata in rupe magna τ ꝓfunda: ita ꝙ poterāt poni plura ibi corꝑa. ſ. corꝑa eoꝝ q̄ fuerūt eiuſdē parētele. vñ frequēter dr̄ in li. Regū. Sepult⁹ ē in ſepulcro patrū ſuoꝝ. ſic igit̄ erat factū ſepulcrū Lazari: τ deſuꝑ grādi lapide claudebat̄. ex quo patet vera mors Lazari: q꞉ ſi fuiſſet ibi poſit⁹ viuus τ ſanus infra quadriduū fuiſſet mortu⁹ ex loci corruptōe. τ h̄ eſt qd̄ dicit̄. f Ih̄s g̊ rur. fre. in ſemetipō. Indignat⁹ ꝯ maliciā iudeoꝝ de fact꞉ ſuis iniq̄ murmurātiū: τ talis indignatio ē v̓tuoſa: q꞉ ſicut ad virtuoſū ꝑtinet applaudere bono ita τ indignari ꝯ malū. g Venit ad mo. Dicit̄ eñ ſepultura monumentū q̄ſi monēs mentē: q꞉ monet viuentes vt ꝑcogitēt mortē. h Erat aūt ſpelūca τc̄. mō ꝑdicto facta. i Ait ih̄s. Hic ponit̄ ſecūdū. ſ. lapidis amotio cū dicit̄. k Tollite lapidem τc̄. dñe iā fetet. q. d. licꝫ aliq̄ñ ſuſcitati ſint mortui recēter: tñ ꝙ iā quadriduan⁹ ex fetore ſolutus reſuſcitet̄ nō eſt ſic auditū. τ h̄ verbū videt̄ ꝓceſſiſſe ex admiratiōe marthe τ ei⁹ ignorātia: q꞉ eiuſdē virtutis ē ſuſcitare mortuū vtroq̄ꝫ mō: iō ſeq̄t̄. l Dicit ei ih̄s. corrigēdo ei⁹ dictū. m Nōne di. ti. qm̄ ſi cre. vi. glo. dei. i. glorioſā eius virtutē in ſuſcitatiōe fratris tui. n Tulerunt g̊ lapi. ad ꝑceptū xp̄i. o Jeſus aūt. Hic ponit̄ terciū. ſ. xp̄i orō in Lazari ſuſcitatiōe: qd̄ facit ad declaratiōnē miraculi: q꞉ iudei xp̄o imponebāt ꝙ faciebat miracula v̓tute demonis: qd̄ oñdit̄ falſū ꝑ hoc ꝙ i faciēdo orat deū: τ h̄ eſt qd̄ dr̄. o Jeſus aūt ele. ſur. ocu. vt oſtēderet nobis formā orādi q̄ eſt ꝑ eleuationē mētis in deū. p Dixit pat̄ grās tibi τc̄. Deus aūt pr̄ celeſtis magnificētiſſim⁹ ē: τ iō ex grārūactiōe de ꝑteritis ad ꝑſtanda bñficia ſequentia ꝓuocat̄. hoc eñ eſt ꝓpriū magnifici: vt hr̄ iiij. Eth. q Ego ſciebam τc̄. In his eñ q̄ xp̄s abſolute volebat deliberatiua volūtate cōformabat̄ diuine volūtati. τ ſic exaudiebat̄. Sciēdū tñ ꝙ orare patrē cōuenit xp̄o rōne hūanitatis in q̄ ē minor patre: nō aūt rōne diuinitatis q̄ eſt ei eq̄lis. r Sed ꝓpter populū q̄ circūſtat τc̄. Multi eñ ex iudeis dicebant ꝙ in beelzebub faciebat ſigna: qd̄ remouet cōformādo volūtatē ſuā cū volūtate diuina. s Hec cum dixiſſet. Hic ponit̄ quartū. ſ. Lazari vocatio cū dr̄: Hec cū dixiſſet vo. mag. cla. la. ve. foras. h̄ facit ad declarationē miraculi: q꞉ ſi dixiſſet i ſilētio poſſēt dici aduerſarij ꝙ v̓ba magica dixiſſet vel int̄poſuiſſet. ꝑ h̄ etiā tollit̄ error eoꝝ q̄ dicebāt aīas defunctoꝝ latitare i ſepulcris. τ iō clamauit ih̄s voce magna in ſuſcitatiōe lazari: q̄ſi aīam reuocās a lōginquo. ſ. ab inferno vt ad corp⁹ rediret. t Et ſtati. hic ponit̄ q̄ntū. ſ. lazari ſuſcitatio cuꝫ dr̄: Et ſtatī ꝓdijt q̄ fu. mor. q꞉ virt⁹ diuina opat̄ i inſtāti. v Ligatus ma. τ pe. inſti. et fa. ei⁹ ſuda. erat liga. Hic declarat̄ virtus diuina nō ſolū ſuſcitādo mortuū: ꝫ etiā faciēs exire ligatū. ꝑ hoc etiā apparet certitudo miraculi inq̄ꝫtū exiuit lazar⁹ eo mō quo fuerat in ſepulcro poſitus. x Dixit eis ih̄s ſol. eū. hoc ꝑcepit alijs: licꝫ poſſet facē ꝑ ſeipm: vt accedētes d̄ ꝓpe τ tangētes ex viſu τ tactu eſſent teſtes miraculi efficatiores: ſicut. ſ. dictū eſt de amotiōe lapidis. y Et ſini. abire. vt oñdat̄ vere ſuſcitatus τ nō fantaſtice ꝑ opa vite: cuiuſmodi ē ambulatio τ comeſtio τ ɔſilia. iō. ſ. dr̄ ſequēti. c. ꝙ Lazarus erat vn⁹ de diſcūbētib⁹. z Multi g̊. Hic ponit̄ ſuſcitatiōis effect⁹ duplicit̄. ꝑmo q̄ ad pñtes. ſcd̄o quo ad abñtes: ibi. Collegerūt g̊. Effect⁹ miraculi circa pñtes oñdit̄ ex h̄ ꝙ viſo ꝑdicto miraculo multi eoꝝ crediderūt xp̄o: nec mirū: q̄a illud ſignū fuit diuine v̓tutis maniſeſte oſtēſiuū: que nō pōt adeſſe ad teſtificādū aliqd̄ falſū. τ h̄ eſt qd̄ dr̄: Multi g̊ τc̄. τ pꝫ. ſequit̄. a Quidā aūt ex ip. abi. ad pha. τ di. eis q̄ fe. ih̄s. Dicūt doctores aliq̄ ꝙ hoc fecerūt bono zelo moti: volētes ex miraculo viſo refrenare irā eoꝝ ꝯ ieſum tanq̄ꝫ irrōnabilē. alij dicūt ꝙ male moti h̄ fecerūt: q꞉ ſic ex ſignis viſis boni τ electi ɔuertunt̄: ita frequēter mali obdurant̄: τ h̄ magis videt̄ ex lr̄a ſequēti: vbi agit̄ de cōgregatiōe phariſeoꝝ ad tractādū de morte xp̄i. b Collegerūt g̊. Hic ponit̄ effect⁹ ſuſcitatiōis lazari reſpectu abſentiū: q꞉ audita ſuſcitatiōe lazari ex ira τ inuidia moti ſunt ad tractādū de morte xp̄i. Et diuidit̄ i tres: q꞉ ꝑmo ponit̄ eoꝝ cōgregatio. ſecūdo cōgregatoꝝ dubitatio: ibi. Et dicebāt. tercio dubij determiatio: ibi. Vn⁹ ex ipſis. In ꝑma g̊ ꝑte dr̄ ſic. b Collegerūt g̊ pōtifices. q̄ erāt maioris autoritatis τ magis lr̄ati. c Et phari. q̄ videbant̄ ꝑ alijs religioſi. ex q̄bus factū eoꝝ grauius erat. d Conciliū. ſcꝫ aduerſus ih̄m. hoc nō eſt de textu ꝫ ſubintelligit̄. Circa h̄ notandū ꝙ pōtifices erāt de tribu leui. phariſei autē ꝓ magna ꝑte erāt d̄ tribu ſymeon: q꞉ ex illa tribu habuit ortū ſecta phariſeoꝝ. iō in figura huius ꝑdictū fuit Gen. penul. Symeon τ leui frēs vaſa iniq̄tatis bellātia. in cōſiliū eoꝝ nō veniat aīa mea. e Et dicebāt. Hic ponit̄ eorū dubitatio q̄d facerēt de ih̄u: q꞉ hēbant rōnes ad vtrāq̄ꝫ ꝑtē. Ex euidētia. n. miraculoꝝ cogebant̄ dicē. f Quia hic hō mul. ſigna facit. Et ex h̄ ſequit̄ ꝙ erat ei credendū magis q̄ꝫ moyſi: q꞉ moyſes nō tot nec tanta ſigna fecit: τ maxie q̄ñ ꝑpl'us ei ꝑmo credidit. imo valde pauca: vt pꝫ Exo. iiij. τ ſic hēbant argumētū ad ipm recipiēdū τ honorandū tanq̄ꝫ verū xp̄m: ꝫ ecōuerſo arguebāt ad ɔtrarium

d tus ē ih̄s. Dixerūt g̊ iudei.
Ecce quō amabat eū. Qui
dam aūt ex ipſis dixerunt.
e Nō poterat h̄ q̄ apuit ocu-
los ceci nati: facere vt h̄ nō
f moreret̄. Ih̄s g̊ rurſum fre
g mens in ſemetipō venit ad
h monumētū. Erat aūt ſpelū
ca τ lapis ſuppoſit⁹ erat ei.
i k Ait ih̄s. Tollite lapidem.
Dicit ei martha ſoror eius
q̄ mortu⁹ fuerat. Dñe iā fe
l tet: q̄driduan⁹ ē eñ. Dicit
m ei ih̄s. Nōne dixi tibi: qm̄
ſi credideris videbis gl̄iaꝫ
n dei. Tulerūt ergo lapidē.
o Jeſus aūt eleuatis ſurſum
p oculis dixit. Pat̄ gratias
ago tibi: quoniam audiſti
q me. Ego āt ſciebā q꞉ ſemꝑ
r me audis: ſed ꝓpter popu
lū qui circūſtat dixi: vt cre-
s dant: q꞉ tu me miſiſti. Hec
cum dixiſſet: voce magna
clamauit. Lazare veni fo-
t ras. Et ſtatim ꝓdijt q̄ fue-
v rat mortu⁹ ligat⁹ manus τ
pedes inſtit꞉: τ facies illi⁹
x ſudario erat ligata. Dixit
y eis ih̄s. Soluite eū: τ ſini-
z te abire. Multi g̊ ex iudeiſ
q̄ venerāt ad mariā τ mar-
thā: τ viderāt q̄ fecit ieſus
a crediderūt i eū. Quidā aūt
ex ipſis abierūt ad phariſe-
os τ dixerūt eis q̄ fecit ih̄s
b Collegerūt g̊ pontifices et
c d phariſei ɔciliū: τ dicebant
e f Quid facimus. Quia hic
homo multa ſigna facit:

dicētes. g Si dimit.eū ſic oēs cre.in eū.ſic in xp̄m.et q̄ꝛ xp̄o debebat regimē ſm ſcripturas q̄s male intelligebant de tēporali regno.iō ex h̄ videbat ſequi ꝯ impatorē romanū rebellio q̄ tūc tp̄is dn̄abat eis.⁊ h̄ videbat ꝓpin qua occaſio deſtructiōis ciuitatis ⁊ templi p poteſtatem romani iperij q̄ tūc erat maxia.⁊ iōo ipi nō habebant aliquā virtutē reſiſtēdi.⁊ h̄ eſt qd̄ dicit. h Et veniēt romani.in tāta fortitudine ꝙ nō poterimꝰ reſiſtere. i Et tollēt locū noſtrū.i.ciuitatē ⁊ templū. k Et gentē. captiuādo populū: ⁊ ſic patꝫ ꝙ paſſio timoris ſubuertebat i eis iudiciū ratōnis. l Unꝰ aūt ex ipis. Hic ponit dubij determinatio.Et diuidit i tres q̄ꝛ p̄mo dubiū determiat. ſcd̄o determiatio approbat:ibi. Ab illo aūt die. tercio a xp̄o euitat: ibi. Jh̄s aūt iaꝫ nō in palā. Prima i

g ſi dimittimꝰ eū ſic oēs cre-
h dent in eū ⁊ veniēt romani
i k ⁊ tollent nr̄m locū ⁊ gentē.
l Unꝰ aūt ex ipis cayphas
m nomie cū eſſet pōtifex anni
n o illiꝰ: dixit eis. Uos neſci-
tis quicq̄ꝫ nec cogitatis q̄ꝛ
p expedit vobis vt vnꝰ mo-
q r riat hō ꝓ populo:⁊ nō to-
s ta gens pereat. Hoc auteꝫ
t a ſemetipo nō dixit ſed cuꝫ
eēt pōtifex anni illiꝰ ꝓphauit:
v uit:q̄ꝛ ih̄s moriturꝰ erat ꝓ
x gēte ⁊ nō tm̄ ꝓ gēte:ſ꞉ vt fi-
y z lios dei q̄ erāt diſpſi cōgre
a garet in vnū. Ab illo ḡ die
cogitauerūt vt inficerēt eū

duas:q̄ꝛ p̄mo ponit Cayphe determiatio.ſecūdo huiꝰ determiatiōis expoſitio:ibi. Hoc aūt a ſemetipſo. In p̄ma igit pte dr̄ ſic. l Unꝰ aūt ex ipis cayphas noie. nō eſt de textu:ſ꞉ intelligit nomē eiꝰ ꝓpter autoritatē ſui officij. vn̄ ſubdit. m Cū eēt pōtifex anni illiꝰ.dn̄s aūt p̄ceperat eē tm̄ vnū ſummū ſacerdotē ⁊ p totā vitā ſuā.q̄ moriente aliꝰ ſibi ſuccederet.vn̄ ⁊ i morte eiꝰ reuertebant fugitiui.ſ꞉ ꝓpter cupiditatē ⁊ ambitionē ſuā ſtatuerūt int̄ ſe illi q̄ erāt d̄ genere ſacerdotali:vt q̄libet anno vnꝰ eſſet q̄ illo officio fungeret. Aliā aūt rōnem aſſignat Joſephꝰ dicēs a tp̄e Herodis aſcalonite:q̄ auxilio romanoꝝ accupauit regnū iudee:ſacerdotiū cōiter vendebat.⁊ ſic ꝓpter maius lucrū tēporale ſummꝰ ſacerdos frequēter mutabat. n Dixit eis. ꝓpter autoritatē officij ſic locutꝰ ē dicens. o Uos neſcitis quicq̄ꝫ nec cogitatis.q.d.p̄ma facie q̄libet intelligens videre pōt ꝙ ad mortē huiꝰ hois debemꝰ laborare.Cuiꝰ rō eſt:q̄ꝛ bonū cōe magis eſt eligenduꝫ q̄ꝫ bonū pticulare. Si aūt hō iſte dimittat bonū totiꝰ populi diſſipabit: vt pꝫ p p̄dicta ſm eoꝝ eſtimationē. et ſic cōcludit ꝙ ſit agendū ad mortē xp̄i: etiā ſi ex pte eius nō inueniat aliqua cā.⁊ h̄ eſt qd̄ dr̄. p Expedit vobis vt vnꝰ moriat hō. etiā ſi eſſet bonꝰ ⁊ iuſtꝰ. q Pro populo.i. ꝓ cōſeruatiōe ppl̄i. r Et nō tota gens peat: ſ꞉ maneat in vita.hic pꝫ manifeſte:ꝙ paſſio inuidie ⁊ liuoris ꝯ xp̄m ⁊ paſſio timoris pdendi gentē ⁊ locū ſubuertebant in eis rōnis iudiciū: q̄ꝛ in nullo caſu licitū eſt interficere innocentē. p h̄ eñ nō ꝓcurat bonū cōe: ſ꞉ magis deſtruit. ꝓpt qd̄ dei iudicio factū eſt illud malū qd̄ credebant p mortē xp̄i euadere.ſ.deſtructōeꝫ loci ⁊ gētis quā p mortē xp̄i icurrerūt.q̄ꝛ in penā huiꝰ peccati romoni p tytū ⁊ veſpaſianū locū ⁊ gentē deſtruxerūt anno.xlij.poſt paſſionē xp̄i ſicut fuerat a Daniele ꝓphetizatū.ix.ca.Et ciuitatē ⁊ ſanctuariū diſſipabit ppl̄us cū duce venturo ⁊c̄. a ſaluatore p̄dictū Lu.xix. Uidens ciuitatē ſanctā hierl̄m fleuit ſup illā. s Hoc aūt. Hic ponit p̄dicte determiatōis expoſitio:q̄ quidē expoſitio ē Johis euāgeliſte:oñdētis q̄liter Cayphas p̄dictā determiationē ꝓtulit. Q̄uis eñ eſſet intentio cayphe dare ſolū ꝯſiliū de xp̄i morte ꝓ tpalis piculi euaſiōe circa ppl̄m iudeoꝝ: tm̄ verbū eiꝰ ſic ſonabat ꝙ xp̄s erat moriturꝰ ꝓ gēte ⁊ ppl̄o.Et qd̄ ſic fuit ꝓlatū fuit ꝓphia quodāmō de futuro ꝙ xp̄s erat moriturꝰ ꝓ ſalute

ſpūali nō ſolū iudeoꝝ: ſ꞉ etiā oim̄ gentiū q̄ credituri erāt in ip̄m.hoc ē qd̄ dicit. s Hoc aūt a ſemetipo nō dixit ſup.p̄dictū verbū hoc mō ꝓtulit ſed p motionē alterius t Sed cū eēt pōtifex anni illiꝰ ꝓphauit: q̄ꝛ ipo ignorāte dictū ꝓphicū ꝓtulit nō rōne ſui meriti.ſ꞉ dignitatꝭ officij. v Quia ieſus erat moriturꝰ ꝓ gen.ſ.iudeoꝝ.q̄ꝛ multi de iudeis ſaluati ſūt per ip̄m. x Et nō tm̄ ꝓ gente ſua: ſ꞉ vt filios dei: nō quia adhuc eēnt filij dei actu:ſed in potētia ad actū reducēda:quia erant p̄deſtinati. y Qui erāt diſp. p diuerſos ritus gentiliū. z Cōgre. in vnū.i.in vnā eccl̄iaꝫ ex iudeis ⁊ gētibus ꝯſtitutā vt eſſet vnū ouile ſicut ē vnꝰ paſtor: vt.ſ̄.dictū eſt p̄cedenti.c. ꝓpter qd̄ Geñ. penl̄.c.dicit d̄ xp̄o. Ipſe erit expectatio gentiū nō ſolū iudeoꝝ. Nec hoc eſt ꝯ illud qd̄ dic̄ ſaluator Math.xv. Nō ſum miſſus niſi ad oues q̄ pierant domus iſrl̄:q̄ꝛ ibi ſaluator loquit de ſua miſſiōe ad p̄dicandū in pſona ꝓpria. ꝓpter qd̄ apl̄us dicit Ro.xv. Dico eñ dn̄m ih̄m xp̄m miſtrū fuiſſe circūciſiōis.

b Jeſus ḡ iā nō i palā ambu
c labat apud iudeos ſ꞉ abijt
d i regionē iuxta deſ̄tū i ciui
e tatē q̄ dr̄ ephrē: ⁊ ibi mora
f bat cū diſcipl̄is ſuis. Pro
ximū auteꝫ erat paſcha iu-
g deorū ⁊ aſcenderunt multi
h hierl̄ymā de regione añ pa
ſcha vt ſanctificarēt ſeipos
i k Querebāt ergo ieſū ⁊ col-
loquebant adinuicē in tem
plo ſtantes. Quid putatis
q̄ꝛ non venit ed diem feſtū
l iſtū. Dederāt āt pōtifices
⁊ phariſei mandatum: vt ſi
quis cognouerit vbi ſit in-
dicet: vt app̄hendant eum

a Ab illo. Hic ponit determiatiōis cayphe approbatio q̄uis eſſet iniqua:q̄ꝛ oēs alij erāt affectati ad ꝓcurandū mortē xp̄i ſicut ⁊ ip̄e.⁊ hoc eſt qd̄ dr̄: Ab illo ḡ die cogi. vt inter. ie.licꝫ eñ añ habuiſſent volūtatē interficiēdi ip̄m: vt patuit p p̄dicta. tm̄ ex ꝯſilio cayphe diffinierūt hoc adimplē q̄ꝫciti poſſent. b Jh̄s aūt. Hic ꝯñr ponit huiꝰ determiatiōis declinatio. nō.n.adhuc erat tp̄us paſſiōis xp̄i a deo p̄ordinatū.⁊ iudei querebāt occidere eū vt viſuꝫ eſt. iō receſſit ad tp̄us.⁊ h̄ eſt qd̄ dr̄. Jeſus aūt nō in palā ambulabat apud iudeos. Q̄uis eñ int̄ eos exñs poſſet eorū impetū refrenare.tm̄ voluit ad tp̄us latere: ⁊ ſe occultare rōnibꝰ p̄dictis.c.viij.⁊.x.vbi ſil̄r agit de ſua occultatōne c Sed abijt in regionē iux̄ deſertū.vbi pauci de iudeis erant. d In ciuitatē q̄ dicit ephrē.q̄ erat parua ⁊ parū ppl̄ata. e Et ibi mora.cū diſ.ſu.vſq̄ꝫ ad tp̄s ꝓpinquū ſue paſſiōi. f Propinquū aūt erat pa.iu. h̄ ſubdit ad oñdendū ꝙ xp̄s paruo tp̄e in illa ciuitate ſe occultauit q̄ꝛ añ paſcha in hierl̄m venit. g Et aſcenderūt multi hieroſolymā de regiōe:q̄ꝛ tenebant de tota iudea ad ſolēnitatē venire. h Ante paſcha vt ſanctificarēt ſeipos.oratiōibus et bñficijs ad digne comedendū agnū paſchalē. Et ſi h̄ fiebat de agno figurali: multomagis ſe dꝫ hō ſanctificare orōnibꝰ ⁊ bonis opibꝰ ad digne recipiēdū verū agnū imaculatū corpꝰ ih̄u xp̄i. i Querebāt ḡ ih̄m.vt audirēt eiꝰ doctrinā de cuiꝰ miraculis audierāt famam. k Et colloq̄bant adinuicē in tēplo ſtātes: q̄ꝛ mirabant ꝙ i tanta cōgregatiōe nō venerat ad dicendū:iō q̄rebant. Quid putatis:q̄ꝛ nō venit ad diē feſtū.⁊ ſubdit euāgeliſta q̄ſi rñdens q̄ſtioni eoꝝ. l Dederāt aūt pōtifices ⁊c̄. ⁊ pꝫ l̄ra. ꝓpter hoc.n.ab eis ſic ab ingratis ⁊ obſtinatꝭ receſſerat vſq̄ꝫ ad tp̄us ſue paſſiōis diſpoſitū. Circa p̄dicta in h̄.c.q̄rit: vtrū cayphas erat vere ꝓph̄a.Et arguit p̄mo ꝙ ſic:q̄ꝛ Balaā dr̄ vere ꝓph̄a: vt h̄r lib. Nume.xxiiij.et tm̄ fuit malꝰ hō.donū eñ ꝓphetie aliq̄ñ malis hoibꝰ cōcedit ergo malicia cayphe nō impediuit i eo veritatē ꝓphetie. Itē in l̄ra dicit h̄ ꝙ nō ꝓphetauit ꝙ ih̄s erat moriturꝰ ꝓ gente:⁊ vt filios dei q̄ erāt diſpſi cōgregaret:⁊ hoc verbū

euãgeliſte videt̃ falſuʒ: qꝺ nullo mõ eſt dicendũ niſi caypħas fuiſſet vere ꝓpħa. Cõtrariũ arguit̃ ꝑ h̃ qꝺ ipe dixit: falſũ dicẽs illis q̃ de morte xp̃i tractabãt. Expedit vob vt vnus hõ moriat̃. Mors em̃ xp̃i nõ fuit expediens illis q̃ eã ꝓcurauerũt. falſitas aũt nõ ſubeſt ꝓpħie: ergo ⁊c̃. Reſpõſio. dicẽdũ ꝙ ad rõneʒ veri ꝓpħe duo reqrũt̃. Primũ eſt ꝙ habeat verã cognitionẽ de aliq̃ occulto reſpectu aliorũ hoim cũ q̃bus ꝯuerſat̃. ꝓpter h̃ dr̃ ꝓpħa q̃ſi ꝓcul fans vt. ſ̃. dictũ ẽ: inq̃ʒtũ cognoſcit ea q̃ longinque ſũt a cognitiõe alioꝝ: ꝓpter qꝺ ſi alicui fiat apparitio iudicãs aliqd occultũ nõ dr̃ ꝓpħa ſi illud ſit ei ignotũ. Sic pharao vidit ſpicas deſignãtes q̃litatẽ futuroꝝ ãnoꝝ: ⁊ Nabuchoꝺ. ſtatuã deſignantẽ mutabilitatẽ regnoꝝ. neuter tñ fuit ꝓpħeta: ſʒ Joſeph ⁊ Daniel q̃ de illis occultis cognitoneʒ habuerũt. ꝓpt̃ qꝺ dr̃ Dañ. x. Intelligẽtia opus ẽ in viſiõe qꝛ nõ põt dici ꝓpħa ſine intellectuali cognitiõe. Sola. n. viſio imaginaria nõ facit ꝓpħetã: vt viſuʒ eſt. ſcꝺo reqrit̃ ꝙ illa cognitio fiat mediante ſpũſancto bono. Maligni ſpũs aliqñ reuelãt homibꝰ ea q̃ ſũt alijs occulta. nõ tñ ex hoc dicunt̃ veri ꝓpħe: ſʒ ſolũ cũ additiõe diminuẽte. ſicut in ſacra ſcriptura dicunt̃ frequẽter aliq̃ ꝓpħe baal vel ꝓphete excelſoꝝ. talis. n. nõ dr̃ ꝓpħa abſolute: ſicut nec hõ mortuꝰ dr̃ hõ ꝓpter additionẽ diminuentẽ. ꝓpħia. n. vera cõputat̃ int̃ ſpũſancti dona. Cũ ḡ querit̃ de caypħa. dicẽdũ ꝙ nõ fuit vere ꝓpħa: qꝛ nullã cognitõeʒ hũit de ſecreto dñice paſſiõis: ꝙ eẽt futura ꝓ ſpũali ſalute hũani generis: ſʒ tm̃ intẽdebat dare ꝯſiliũ de xp̃i morte ꝓpter timorẽ romanoꝝ. Verũtñ ſm ꝙ h̃ dicũt Chr̃i. ⁊ Aug. ſpũſanctꝰ in ꝑlatiõe ſui ꝯſilij ſic mouit linguã eius ꝙ ipo ignorãte verba q̃ ꝓtulit ſignificabãt xp̃i mortẽ eſſe futurã ꝓ ſpũali hoim ſalute. nõ tñ põt dici vere ꝓpħa ex h̃ ꝙ v̾bũ ꝓpheticũ ignorãs ꝓtulit alio linguã eius ad h̃ mouẽte. Sic nec aſina balaã põt dici aĩal rõnale ex h̃ ꝙ v̾bo rõnabilia ꝓtulit: vt pʒ Nume. xxij. qꝛ illa nõ ꝓceſſerũt ex interiori cõceptiõe ſeu ꝓpria cognitiõe: ſʒ magis ex diuia motiõe ſm ꝙ ibidẽ dr̃: Apuit dñs os aſine ⁊c̃. Licʒ em̃ Caypħas de morte xp̃i cogitauerit. ⁊ alios ꝑ ſuũ ꝯſiliũ ad hoc inducẽ voluerit: qꝺ fuit ex ꝓpria cõceptiõe ⁊ dyabolo ad h̃ ſuggerẽte: ꝙ tñ ꝯſiliũ ſuũ ſic ꝓtulit ꝙ ꝑ v̾ba illa ſignificaret̃ paſſio xp̃i ꝓ futura ſpũali hoim ſalute. hoc nullo mõ ab eo fuit dictũ: vt dictũ eſt: qꝛ q̃ʒtũ ad hoc ſolũ verbũ illud erat ꝓpheticũ. iꝺ ꝑ hoc nõ põt dici ꝓpħa. Ad pͥmũ dicendũ ꝙ nõ eſt ſil̃e de ipo balaã: qꝛ q̃uis fuit malus: habuit tñ verã cognitionẽ occultoꝝ: vt ibidẽ dicit̃. Dixit vir cuiꝰ obturatꝰ eſt oculꝰ q̃ viſiões omnipotẽtis vidit. Caypħas talẽ cognitionẽ nõ habuit vt viſuʒ ẽ: ⁊ iꝺo negat̃ ab eo ꝓphetia nõ ꝓpter ſuam maliciã: ſed ꝓpter cognitiõis defectũ. Ad ſecũdũ dicendũ ꝙ verbũ euãgeliſte eſt verũ ſi bñ intelligat̃. nõ em̃ dixit ꝙ caypħas eſſet ꝓpħa: ſʒ ꝙ ꝓphetizauit. i. verbũ ꝓpheticũ ꝓtulit. nõ tñ a ſemetipo ſic̃ euãgeliſta dicit. Sed ſpũſancto linguã eius ſic mouẽte ipſo ignorãre. ꝓpter qꝺ nõ habuit vere rõnem ꝓphetie. Argumentũ etiã in cõtrariũ eſt ſoluendũ: qꝛ ſic̃ dictũ eſt caypħas illud verbũ ꝓtulit ꝑ motionẽ ſpũſancti a quo nullũ eſt falſũ. ⁊ iꝺo caypħas dicẽdo: Expedit vobis vt vnꝰ moriat̃ hõ ⁊c̃. verũ dixit ſi bñ intelligat̃ ꝙ mors xp̃i quãtũ eſt in ſe fuit expediẽs omibꝰ etiã illis q̃ de eius morte tractauerũt: q̃uis aliq̃ eoꝝ ꝑ ſuã maliciã eius vtilitatẽ recuſauerũt: ſicut ⁊ alij pctõres in pctõ mortali decedẽtes.

¶ In ca. xj. vbi dicit̃ in poſtilla. Infirmitas curabilis: nõ dicit̃ proprie languor.

¶ Additio.

Languor nõ ſignificat infirmitatis incurabilitatẽ: qnimmo debilitatẽ tm̃ ſignificat. que ꝯtingit qñq3 ſine graui infirmitate: vñ aliqñ addit̃ huic termio lãguor dictio ſignificãs magnitudinẽ eiꝰ. vñ. ij. ꝑal. xxiiij. Dimiſerũt eũ in languoribꝰ magnis. Si em̃ languor de ſe ſignificaret incurabilitatẽ infirmitatis ſupflue: adderet̃ magnũ: cũ quelibet infirmitas incurabilis ẽ magna. Nec facit ad ꝓpoſitũ: vtrũ infirmitas Lazari eſſet curabilis via nature vel nõ: qꝛ miraculũ lazari ex reſuſcitatõe maxime inſolita ſingulariter ꝑdicat̃; nõ autẽ de curatiõe infirmitatis. Chriſtus em̃ innumerabiles infirmitates curauerat: vt pʒ in ꝓceſſu euãgelioꝝ: de q̃bus tñ nõ ſic ſolẽnizat̃. Curatio em̃ infirmitatũ nõ ẽ in tanto gradu miraculoꝝ: ſicut reſuſcitatio mortui ꝑſertim q̃driduani. vt dicit. s. Tho. in. j. pte. q. cv. arti. vlti. in corpe queſtiõis.

In eo. ca. vbi dr̃ in poſtil. Circa hoc notandũ ꝙ pontifices erant de tribu leui.

¶ Additio.

Licʒ tã ſacerdotes q̃ʒ leuite rõne generis tã Aaron a quo ſacerdotes deſcẽdebãt q̃ʒ alij eiuſdẽ tribꝰ a leui p̃triarcha deſcẽdiſſent: tñ ſoli leuite q̃ nõ erant ſacerdotes retinuerũt ſibi nomẽ generis. Vñ Nume. xviij. Filijs aũt leui dedi om̃s decimas iſraelis ⁊c̃. In q̊ ca. pluries vocat leuitas ꝓut diſtinguũt̃ a ſacerdotibus aaronitis: vt ibidẽ pʒ. ⁊ ſic i multis alijs locis. vñ ſic loquẽdo de ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis. ſ. ꝓut inuicẽ diſtinguũt̃: tenendũ eſt ꝙ leuite nõ fuerũt ꝑticipes in fabricatiõe ſeu adoratõne vituli qꝺ fuit maximũ pctm̃ int̃ cetera a ppl̃o iſrielitico cõmiſſa: vt Exo. xxxij. ca. ſil̃r nec ꝑticipes fuerũt in occiſiõe xp̃i: licʒ in vtroq3 ſcelere ſacerdotes de pͥncipalibꝰ fuerũt ſpãliter ſm opinãtes ꝙ aaron idolatraſſʒ in illo facto. Primũ pʒ Exo. xxxij. vbi cũ moyſes volẽs vindictã facere in ppl̃o idolatrãte clamaſſet. Si q̃s ẽ dñi adiũgat̃ mihi. ſtatim ſubdit̃. Cõgregati ſũt ad eũ oẽs filij leui. ⁊ ſic pʒ ꝙ leuite in illo actu dño adheſerũt: qꝺ etiam habet̃ in glo. Deutro. xxxiij. vbi ſic dr̃. Quõ fecerũt vitulũ aureũ leuite accincti gladijs iubẽte moyſe a porta vſq3 ad portã idolatras interfecerũt. Sed cõſtat ꝙ aaron de pͥncipalibꝰ fuit i illo crimine: ꝓut ibidẽ pʒ. ſ. ſm ꝑdictos opinãtes. Addũt etiã hebrei ꝓut ra. Moy. tradit in ſuo Deutro. de idolatria ca. j. ꝙ licʒ ppl̃us iſrl̃iticus pluries idolatraſſet vt in multis ⁊ varijs ſacre ſcripture locis hr̃. leuite tñ nunq̃3 idolatrarũt. ⁊ ſic pʒ pͥmũ. Secũdũ v̾o hr̃ exp̃ſſe in glo. Deutro. vbi. ſ̃. vbi ſup illud verbũ qꝺ legit̃ de leui. Iudicaſti eũ ad aquas ꝯtradictiõis ſic ait. Aque ppl̃i ſunt q̃ cõtradicẽtes clamauerũt: Crucifige crucifige eũ: ⁊ ſanguis eius ſup nos ⁊ ſup filios nr̃os. Ad cumulũ em̃ ꝑfectiõis leui adiũgit. Qui dixit pr̃i ſuo ⁊c̃. hec i glo. Ex qua manifeſte habet̃ ꝙ leui ſeꝑatus fuit ab illis q̃ clamabãt: Crucifige ⁊c̃. ⁊ ꝑ ꝯſeq̃ns a crimie qꝺ ceteri iſrl̃itici cõmiſerũt in occiſiõe xp̃i in q̊ pͥncipes ſacerdotũ ⁊ hmõi fuerũt manifeſte ꝑticipes. Veritas huiꝰ glo. ex ſerie lr̃e euãgelice põt hr̃i: vbi i materia paſſionis xp̃i in q̃ de oibꝰ ſtatibꝰ hebreoꝝ exp̃ſſa fit mẽtio. ſ. põtificibꝰ: ſacerdotibꝰ ⁊ ſummis ſacerdotibꝰ: ſcribis ⁊ phariſeis: ⁊ hmõi. De leuitis tñ nullꝰ euãgeliſtaꝝ in hac materia legit̃ facere mẽtionẽ: vt pʒ diſcurrẽti q̃ttuor euãgelia i materia paſſiõis. Cõſtat etiã ꝙ in alijs euãgelicis hiſtorijs vbi leuite interueniũt mẽtio fit de eis: ꝓut a ſacerdotibꝰ diſtinguunt̃: vt ſ̃. j. ca. Miſerũt iudei ſacer. ⁊ leuitas ⁊c̃. ⁊ in alijs. ⁊ ſic pʒ ſecũdũ. Ex q̃bus ſequit̃ ꝙ ꝓphetia Jacob Geñ. penul. Symeon ⁊ leui fr̃es ⁊c̃. ꝑ poſtilla. allegata. ſi ad paſſionẽ xp̃i applicet̃. intelligẽda eſt de ſymeone a quo phariſei ⁊ hmõi deſcẽderũt. ⁊ de leui in ꝑſona ſacerdotũ tm̃ ſeu põtificũ ab aarone deſcẽdentiũ. nõ aũt leuitis: ꝓut a ſacerdotibꝰ diſtinguunt̃. Prophetia v̾o moyſi applicãda eſt tribui leui: ꝓut diſtinguit̃ a ſacerdotio q̃ imunes fuerũt vt iã dictũ eſt: tã a peccato vituli q̃ʒ ab occiſione xp̃i: ⁊ ſm hebreos etiã a quacũq3 idolatria. Si aũt ꝯtra ꝑdicta obijciat̃ de hoc qꝺ dr̃ in ꝓpħetia moyſi Deutro. vbi. ſ̃. Qui dixit patri ſuo ⁊ matri ſue neſcio vos: ⁊ fratribꝰ ſuis ignoro illos ⁊c̃. Ex q̃bus videt̃ ꝙ leuite patres ⁊ matres ſil̃r ⁊ fratres ⁊ filios hẽbant idolatras ſeu ꝓcurãtes occiſionẽ xp̃i. Dicendũ ꝙ leuite admiſcebant̃ cũ alijs tribubꝰ i matrimonijs ſicut ⁊ alie tribꝰ: inde potuit ſepe cõtingere ꝙ leuite haberẽt matres ⁊ p̃res matrũ ex alijs tribubꝰ. ſil̃r ⁊ nepotes. ſ. filios ſororũ q̃ dicunt̃ fr̃es. Vñ de abrahã et loth nepote ſuo dicebat̃. Fratres em̃ ſumꝰ: vt Geñ. xiij. ca. Sil̃r filios filiarũ q̃ ꝯtraxerãt in alia tribu. ⁊ tales ſũt q̃ſi filij. vñ ꝺ talibꝰ verificat̃ ꝓpħetia moyſi ꝑdicta. ſ. Qui dixit patri ſuo ⁊ matri ⁊c̃. eo ꝙ ꝓprij leuite. ſ. de genere leuitaꝝ ꝑ maſculinã lineã deſcẽdẽtes ſeꝑauerũt ſe a ꝑdictꝰ

cõſanguineis de tribubus alienis deſcẽdẽtibus i ꝓdictis duobꝰ caſibꝰ vt deo adhererẽt ꝓut glo. ꝓdicte teſtant̃ q̃bus lr̃a cõſonat: vt dictũ eſt. ¶ Replicatio.

In ca. xj. vbi dr̃: Lazarꝰ languens. dicit poſtilla. ex hoc infirmitatẽ fuiſſe ꝑ naturã icurabilẽ: q2 infirmitas curabilis ꝓprie nõ dicit̃ languor. Burg. dicit ꝙ lãguor nõ dicit incurabilitatẽ: q̃a illi termio addit̃ aliꝰ terminꝰ ſignificãs magnitudinẽ. ij. parali. xxiiij. vbi dr̃: Magnꝰ lãguor. Ibi dico ꝙ magnus refert̃ ad intẽſionẽ doloris q2 multi morbi icurabiles ſũt parui dolorꝫ: vt ptiſis: hydropiſis ⁊c̃. Quidã aũt intẽſiui dolores ſũt ſicut febres ⁊ hmõi. Cũ igit̃ i ſcriptura lãguori addit̃ magnitudo: lãguor ꝑtinet ad incurabilitatẽ. magnitudo ad doloris intẽſionẽ.

a Jeſus g̃ añ ſex di- ¶ xij.
b es paſche venit betha
niã vbi lazarꝰ fuerat mor
c tuꝰ quẽ ſuſcitauit ih̄s. Fe
d cerũt aũt ei cenã ibi ⁊ mar
e tha miſtrabat: lazarus vo
vnꝰ erat ex diſcũbentibꝰ cũ
f eo. Maria g̃ accepit librã
g h vnguẽti nardi piſtici ꝓcio
i k ſi ⁊ vnxit pedes ih̄u: ⁊ ext
l m ſit pedes eiꝰ capillis ſuis:
⁊ domꝰ impleta ẽ ex odore
n o vnguẽti. Dixit g̃ vnus ex
diſcipulis eiꝰ iudas ſcario
p this q̃ erat eũ traditurus.
q Quare hoc vnguentũ non
venijt trecentis denarijs:
r s ⁊ datum eſt egenis. Dixit
aũt hoc: non q2 de egenis
t ꝑtinebat ad eum: ſed quia
fur erat: ⁊ loculos habens
v x ea que mittebant̃ portabat

¶ Replicatio.

In eo. ca. vbi dr̃: Collegerũt ponti. ⁊ phari. conci. dicit poſtil. pontifices fuiſſe de tribu leui: phariſeos aũt vt plurimũ de tribu ſymeon: iux̃ illã ꝓphetiã Jacob dicẽtis. Symeon ⁊ leui frẽs vaſa iniq̃tatis bellã. in cõſi. ec. nõ veni. an. mea. Burg. fortaſſe de tribu leui ꝑ magnã digreſſionẽ vult ſaluare leuitas vt diſtinguit̃ ꝯ ſacerdotes: q̃ ab aaron deſcẽderũt. dicẽs eos nunq̃ȝ idola traſſe: nec i morte xp̃i cõſenſiſſe. qḋ ſi verũ ẽ ſicut nõ credimꝰ rõnabile fuiſſet leuitas vt ſic diſtinctos etiã a vindicta mortis xp̃i ꝓſeruare: vel ſaltẽ ad fidẽ xp̃i ꝓ alijs ꝯuerti: qḋ factũ nõ eſt. de ꝯuerſiõe em̃ iudeoꝝ legimꝰ de ſacerdotibꝰ ꝯuerſis Act. iiij. Multa turba ſacerdotũ obediebat fidei. de leuitis nihil in ſpãli. ꝓſumo igit̃ ꝯtra Burg. quia fruſtra eos excuſat.

¶ Capitulũ. xij.

Jeſus ergo. Poſtq̃ȝ Johãnes declarauit diuinitatẽ xp̃i ꝑ opa facta i eius vita: hic etiã declarat ꝑ ea que i eius morte ſunt facta. Et diuidit̃ in duas: q2 ꝓmo determĩat de eiꝰ morte ⁊ paſſiõe. ſcḋo de eiꝰ reſurrectiõe. xx. ca. Vna aũt ſabbati. Pria in duas: q2 ꝓmo declarat mortis xp̃i occaſionẽ. ſecũdo ipam mortẽ. ſequẽti ca. Ante diẽ feſtũ. Circa ꝓmũ ſciendũ ꝙ occaſio mortis xp̃i fuit inuidia iudeoꝝ ex fama ⁊ gloria xp̃i. iḋo diuidit̃ in duas: q2 ꝓmo deſcribit̃ eius fama ſiue glorificatio. ſecũdo iudeorũ infidelitas ⁊ obſtinatio: ibi. Cũ aũt tanta ſigna. Prima in duas q2 ꝓmo ponit̃ eius glorificatio ab homĩe. ſecũdo a deo patre: ibi. Nũc aĩa mea tur. Prima in tres: q2 ꝓmo ponit̃ glorificatio xp̃i ab amicis familiaribus. Secũdo a turbis vulgaribꝰ: ibi. Cognouit g̃ tur. tercio a gentilibꝰ: ibi. Erãt aũt gen. Pria adhuc in duas ꝓmo ponit̃ obſequiũ xp̃i factũ ab amicis in generali. ſecũdo a maria in ſpãli: ibi. Maria ergo. In ꝓma ꝑte dicit̃ ſic. a ¶ Jeſus g̃ añ ſex dies paſ. Immediate em̃ pꝰ ſuſcitationẽ lazari iudei diffinierũt occidere xp̃m vt ꝓdictũ ẽ ⁊ iõ receſſerat quouſq3 appropinq̃ret paſcha in q̃ imolabat̃ agnꝰ paſchalis: vt ſic xp̃s q̃ eſt agnꝰ verus imolaret̃ ꝓ nobis: imediate poſt imolationẽ agni paſchalis figuralis: vt veritas figure ſuccederet. b ¶ Venit bethaniã. q̃ eſt ꝓpe hierl'm ad duo miliaria vbi Lazarus fuerat mortuus: quẽ ſuſcitauit ih̄s. illuc em̃ venit vt ex memoria miraculi ibidẽ facti turba populi moueret̃ ad eũ honorifice recipiẽdũ in hierl'm añ ſuã paſſionẽ: ſicut fuerat ꝓdictũ ꝑ Zachariã ꝓphetã. ix. Exulta ſatis filia ſyon: iubila filia hierl'm: ecce rex tuꝰ venit ⁊c̃. b ¶ Fecerũt aũt ei cenam ibi. hoĩes illiꝰ loci. Et fuit h̄ cena i domo ſymonis leproſi: vt cõiter tenẽt doctores. fuerat tñ ꝓus a xp̃o curatus: ꝫ nomẽ remãſerat ad memoriã miraculi. Origenes aũt dicit ꝙ illa cena fuerat i domo marthe: qḋ probat ex eo qḋ ſubdit̃. Et mar. miſtra. Sȝ pñt dici ꝙ iſte ſymon erat vicinus marthe. ⁊ ꝓpter hoc ipa miſtrabat in domo eiꝰ ſic hoĩes ſolẽt facere i domibꝰ amicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ maxie ꝓpter reuerẽtiã ipiꝰ xp̃i comedẽtis ibidem. e ¶ Lazarꝰ vo vnus erat ex diſcũ. cũ eo. inuitatꝰ a ſymone. h̄ aũt factũ ẽ ad declarationẽ veri miraculi de eiꝰ ſuſcitatiõe. f ¶ Maria aũt. Hic deſcribit̃ obſequiũ xp̃o impẽſum a maria in ſpãli. Et diuidit̃ i tres: q2 pmo ponit̃ marie deuotio. ſcḋo iude indignatio. ibi. Dixit g̃ vnꝰ. tercio eiꝰ rep̃henſio ibi. Dixit g̃ ih̄s. In ꝓma ergo ꝑte dr̃ ſic. f ¶ Maria g̃. ſ. ſoror lazari. g ¶ Accepit librã. in q̃ notat̃ quãtitas vnguẽti. nõ ẽ veriſile ꝙ eẽt aliq̃d groſſe materie: ſic̃ vnguẽta cõiter dicta: q2 indecẽs eſſet tale q̃d ponere ſuꝑ caput homĩs ſedẽtis in mẽſa. Maria aũt nõ ſolũ vnxit pedes dñi: ꝫ etiã caput. vt Matheꝰ exꝓmit. xxvj. ⁊ Marcꝰ. xiiij licȝ h̄ omittat̃. Et iõ dicendũ ꝙ hic vocat̃ vnguẽtũ liquor ꝓcioſus de re aromatica exꝓſſus: ſicut aq̃ roſacea de roſis exprimit̃. Aliter dr̃ ꝙ fuit lachryma fluens nãliter de arbore aromatica. h ¶ Nardi. nomẽ eſt herbe nigre aromatice hñtis ſpicas. ꝓpter h̄ dr̃ Mar. xiiij. nardi ſpicati. ⁊ de illis ſpicis extrahebat̃ liquor ꝓdictus ꝑ artificiũ vel naturã ſcḋ alios. i ¶ Piſtici. ſcḋm Aug. nomẽ eſt loci vbi creſcit herba vñ talis liquor exꝓmit̃. ꝫ meliꝰ dr̃: piſtici. i. fidelis. piſtis em̃ grece fides ẽ latine. hoc e dictũ ꝙ ille liquor erat purꝰ ⁊ verus: nõ hñs aliq̃d aliud admixtũ nec ſophiſticatꝰ. k ¶ Precioſi. q2 valebat trecẽtos denarios vt h̄r Mar. xiiij. ca. i. trecentos nũmos vſuales. Erat em̃ liquor ille refrigeratiuꝰ ⁊ cõfortatiuꝰ mẽbroꝝ: ⁊ ꝯſolidatiuꝰ ⁊ valde odoriferꝰ. l ¶ Et vnxit pe. ie. et exter. capil. ſu. pe. eius. ordine cõuerſo factũ fuit q̃ȝ hic ſcribat̃. q2 pmo lauit pedes ⁊ exterſit. ⁊ poſtea vnxit. m ¶ Et domꝰ imple. ẽ ex odo. vnguẽti. Ex quo pȝ ꝓcioſitas vnguẽti et deuotio marie expẽdẽtis rẽ tã ꝓcioſam in obſequiũ dñi. Vtrũ autẽ iſta fuit mulier de q̃ narrat Lucas dictũ fuit ca. ꝓcedẽti. n ¶ Dixit g̃. Hic ponit̃ iude murmuratio: cũ dicit̃. o ¶ Vnꝰ ex diſci. eiꝰ iu. ſcario. hoc dr̃ ad differentiã alteriꝰ iude. p ¶ Qui erat eũ traditurꝰ. licȝ. n. pmo fuerit bonꝰ qñ vocatꝰ fuit ad apoſtolatũ: vt. ſ. dictũ eſt. tñ poſtea lapſus ẽ in peccatũ. Q2 aũt dñs in ſua ſocietate tolerauit eũ: dedit nobis exemplũ tolerãdi malos. q ¶ Quare h̄ vnguẽtũ nõ ve. tre. de. i. vendit̃. vnḋ verſus. De re q̃ venijt: gr̃a nulla venit. habet. n. ſenſuȝ paſſiui ſb voce actiua. r ¶ Et datũ ẽ egenis. h̄ dixit ſimulãs pietatẽ ad operiẽdũ ſuã cupiditatẽ. ꝓpter qḋ ſbdit euãgeliſta s ¶ Dixit aũt h̄ nõ q2 de egenis ꝑtinebat ad eũ. i. de illis non curabat. licȝ em̃ portaret ea q̃ dabant̃ xp̃o ad dandũ paupibus: nõ tñ faciebat: ꝫ retinebat ſibi. ideo ſubdit̃. t ¶ Quia fur erat ⁊ loculos hñs. in q̃bus abſcõdebat ea q̃ debebãt i alios vſus expẽdi: vñ ſubdit̃. v ¶ Eã q̃ mit. i. xp̃o dabant̃ ad ſubueniẽdũ neceſſitatibꝰ xp̃i ⁊ diſcipulorũ eiꝰ ad dandũ paupibꝰ. x ¶ Portabat. i. officiũ portãdi ⁊ ſeruãdi hẽbat ad iſtos vſus: licȝ h̄ infidelit̃ ageret. ex h̄ pȝ ꝙ xp̃s ⁊ diſcipuli eiꝰ de elemoſynis viuebãt. Sciendũ etiã ꝙ iſta portatio pecunie i via nõ ꝑtinet ad ꝑfectiõꝫ ꝫ xp̃s h̄ faciẽdo ſuſcepit ꝑſonã infirmoꝝ eis cõdeſcẽdẽs: ſicut fecit ſe abſcõdẽdo a iudeis: vt. ſ. dictũ ẽ. viij. et. x. ca. ⁊ hoc hr̃ extra de ver. ſig. Exijt q̃ ſeminat. ⁊ ꝓpter h̄ male arguũt illi q̃ ex h̄ loco dicũt ꝙ hic aliq̃ mobilia in cõiad

ꝑfectionē ꝑtineat. Pōt aūt hic queri q̄re xp̄s ꝑmiſit iudā
poꝛtare pecuniā p̄dictā cū ſciret eū latronē. Dicendū ꝙ a
p̄ncipio qn̄ fuit ſibi traditū poꝛtādi officiū latro nō erat.
et ꝗuis xp̄s ſciret eū futurū latronē: tn̄ tradidit ſibi iſtud
officiū: qꝛ minoꝛ erat int̄ apl̄os alios. ꝓpt̄ qđ vltim⁹ int̄
eos nomiat̄: vt patꝫ
Mat. x. et Mar. iij.
talib⁹ āt tꝑalia ſt̄ tra
dēda. Maioꝛes aūt
debēt circa doctrinā
⁊ ſpūalia occupari.
ꝓpter qđ in p̄miti-
ua eccleſia apl̄i. vij.
diacones oꝛdinaue-
rūt ſub eis ad tꝑalia
admiſtranda: vt ipi
apl̄i liberi⁹ poſſent
intēdere oꝛoni ⁊ pre
dicatiōi: vt hr̄ Act.
vj. y ❡ Dixit ergo.
Hic ponit̄ iude rep
henſio cum dicit
z ❡ Sinite illā. q. d.
nō habetis cām ſuf-
ficientē murmurādi
qꝛ egit opus bonū.
vn̄ pꝫ ꝙ iudas nō ſo
lū murmurauit. ſed
etiā alij diſcipuli: vt
habet̄ Mat. xxvj. et
Marci. xiiij. verū tn̄
qꝛ fuerunt incitati ꝑ
iudā: ⁊ iterum mote

y z Dixit ergo ieſus. Sinite
z illam vt in diem ſepulture
a mee ſeruet illud. Paupes
em̄ ſemꝑ hēbitis vobiſcū:
b me aūt non ſemꝑ hēbitis.
c Cognouit ḡ turba mlt̄a ex
d iudeis: qꝛ illic ē et venerūt
e nō ꝓpter ihm tm̄ ꝫ vt laza-
rū viderēt quē ſuſcitauit a
f moꝛtuis. Cogitauerūt aūt
p̄ncipes ſacerdotū vt ⁊ la-
zarū interficerent: qꝛ multi
ꝓpter illū abibāt ex iudeis
g ⁊ credebāt in ihm. In cra-
ſtinū aūt turba multa q̄ ve-
h nerat ad diē feſtū cum au-
diſſent qꝛ venit ihs hierl̄y-
i mā accepert̄ ramos palma
k rū ⁊ ꝓceſſerūt obuiam ei ⁊
l m clamabāt. Oſāna bn̄dict⁹
n o qui venit in nomie dn̄i rex
p iſrl̄. Et inuenit ihs aſellū:
q ⁊ ſedit ſuꝑ eū ſicut ſcriptū
r eſt. Noli timere filia ſyon:
ecce rex tuus venit ſedens
s ſuꝑ pullū aſine. Hec nō co
gnouerūt diſcipuli eius p̄-
t mū: ſed quādo gloꝛificat⁹
eſt ihs: tūc recoꝛdati ſunt:
qꝛ hec erant ſcripta de eo:
v ⁊ hec fecerūt ei. Teſtimo-
niū ergo perhibebat turba
que erat cum eo quādo la-
zarū vocauit de monumē-
to: ⁊ ſuſcitauit eum a moꝛ-
tuis. Propterea ⁊ obuiaꝫ
venit ei turba: quia audie-
runt eum feciſſe hoc ſignū.
x Pbariſei ergo dixerūt ad
y ſemetipos. Uidetis qꝛ ni-

pietate. iudas aūt cupiditate. iō iohes ſolū iudā noiauit.
z ❡ Ut in diē ſepulture mee ſeruet illđ. nō loquit̄ de ꝫ qđ
iā erat effuſuꝫ: ꝫ de alio ſil̄i. q. d. illud qđ ꝓ ſepultura mea
p̄parabit illud reſeruabit: qꝛ nō poterit illud in me expē-
dere p̄uēta acceleratiōe reſurrectiōis mee: qꝛ qn̄ venit ad
monumētū ad vngendū coꝛp⁹ dn̄icū xp̄s iā reſurrexit: vt
pꝫ infra. xx. ca. Mathe⁹ aūt exp̄ſſi⁹ ꝫ dicit: p̄uenit vngere
coꝛp⁹ meū in ſepulturā: ⁊ iō exp̄mit̄ ꝫ obſcuri⁹: cū dicit̄.
z ❡ Sinite illā vt in diē ſepulture mee ⁊c̄. q. d. dimittēda ē
nūc facere qđ tūc faceret ſi poſſet: ⁊ illud vnguētū tūc ſer
uabit i loco iſti⁹ nūc in me expēſi: ⁊ qꝛ iudas ita murmu-
rādo ⁊ alios ad hoc incitādo cām pietatis p̄tenderat: iđo
hāc excludit dicēs. a ❡ Paupes em̄ ſꝑ hēbitis vobiſcū.
q. d. pōt recuꝑare ad bn̄faciendū pauꝑibus: ꝫ nō poterat
recuꝑare ad inungēdū me coꝛꝑaliter. ꝓpter quod ſequit̄.
b ❡ Me aūt nō ſꝑ habe. ſ. p̄ntia coꝛꝑali ad habitādū i car-
ne paſſibili q̄ indiget tali vnctiōe. ꝑ hoc pꝫ ꝙ aliqđ opus
min⁹ neceſſariū pōt p̄poni magis neceſſario qn̄ iminet ca
ſus ꝙ illud min⁹ neceſſariū nō pōt al̄s recuꝑari. c ❡ Co
gnouit ḡ turba. Hic ꝯn̄r oñdit̄ ql̄it̄ xp̄s fuit honoꝛatus a
turbis. ⁊ ꝫ dupliciт̄. p̄mo eum viſitādo. ſcđo honoꝛifice ei
obuiādo: ibi. In craſtinū. In p̄ꝛia ꝑte dr̄ ſic. c ❡ Cogno
uit ḡ tur. mul. ex iudeis: qꝛ illic eēt. Bethania. n. erat ꝓpe
hierl̄m ad vnā leucā. ⁊ iō defacili poterāt de ꝫ cognoſcere
d ❡ Et venerūt: nō ꝓpter ihm tm̄. In ꝫ innuit̄ duplex cā.
vna ꝓpter ipm ihm reuerēter viſitandū: alia q̄ ſubdit̄.
